



Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Domitii Plati Societatis Iesv Theologi, De Domini
Nostri Iesv Christi Passione**

Piatti, Domizio

Coloniae Agrippinae, 1610

De summi sacerdotis & Pontificis in Christo dignitate, Cap.3.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49474](#)

oport
propo
re de h
diei p
egij Pro
tanqua
pus qu
uod fu
m, vñ

wiseris spiritum sanctum tuum de altissimis.

DE SVMMI SACERDOTIS
& Pontificis in Christo digni-
tate.

CAPUT III.

DIGNITAS Pontifícia & Sacerdota-
lis, est circumstantia quædam, per-
sonam, cui inest adeò dignam constituens,
& natura sua extollens, ut eam ab omni in-
iuriarum genere immunem reddat: iuxta
illud DEI præceptum. *Nolite tangere Chri- 1. Paral. 16.*
stos meos. Quapropter ad demonstran-
dam Passionis Christi Domini & Seruato-
ris nostri grauitatem, omittenda nobis non
erit excellentiæ ipsius, quoad hanc partem
consideratio.

PRIMÒ igitur considerabimus, quan- I.
tam habeamus obligationem agnoscendi Christus & R
& reuerendi Christum, uti verum & sum- summus P̄o.
mum Pontificem nostrum: propter quod tifex no.
ter. ait Sanctus Paulus Apostolus. *Habentes er- Heb. 4.*
go Pontificem magnum, qui penetravit celos
Iesum filium Dei, teneamus spei nostra confessio-
nem, id est, simus de nostra spe securi. Qui
ad eandē quoq; agnitionē inuitat nos alio
loco dicens. *Considerate apostolum & Ponti-* Ibid. 36
ficē confessionis nostrae Iesum. quod perinde est
ac si dixisset. Expendite vobiscū quanta sit

88 DE PASSIONE CHRISTI

excellentia, maiestas, magnificentia & san
etas Apostoli & Pontificis confession
nostrę Christi Iesu, quoniam sanctissim
innocentissimus, omnis maculæ expers,
ab omni peccato alienissimus est, quemad
modum idem alibi testatur: inquiens: Tu
li enim decebat ut nobis esset Pontifex, sanctus
iunocens, impollutus, segregatus à peccatoribus.

Heb. 7.

II.

SECUNDÒ considera hanc Sacerdot
Christus est Iesu & Pontificalem Christi dignitatem,
caput Eccle-
siz, & omni-
um Sacer-
dotum atq;
Pontificam.
mni aliorum Sacerdotum atque Pontific
dignitate superiorem esse, atque tales o
mninò, vt neminem agnoscat superiores
præter summum atque sempiternum De
um; sed omnes illi subiecti sint, vt propte
rea dixerit Apostolus. Excelsior cœlu factu
dans nobis intelligere, sicut in rebus cōdi
tis nihil altius atque sublimius est cœlori
orbibus, ita nullum esse Sacerdotium se
Pontificatum, Christi Sacerdotio & Ponti
ficatu maius & excellentius, vtpote cuius
auctoritas etiam supra cœlos viget:

Dignitas sa-
cerdotalis
superat R.e-
giam.

Manb. 18.

QVOCIRC A si tanta cuiuslibet priuat
Sacerdotis dignitas est, vt affirmet Sanctus
Chrysostomus eam Regia in terris pot
estate præcellentiorē esse (eo quod Sa
cerdotes in terra quidem sint constituti, a
sedem suam & thronum iudicialem in ce
lis habeant: iuxta illud Christi. Quaecunque
ligaueritis super terram, erunt ligata & in cœlo
quanta

TI
CONSIDERATIO I. 89

quia & sa-
confessio-
ctissim
xpers,
quemad-
atatem,
ontifici
alem o-
erioren-
um De-
propte-
factu-
s cōdi-
celori-
um sei-
Ponti-
e cuius
oriat
ancus
pote-
od Sa-
uti, at
in ca-
unque
calis)
uanta
quanta

quanta debebit esse hac in parte, dignitas Christi, qui non est Sacerdos instar aliorū quorumlibet vulgarium sacerdotum, sed primus & supremus omnium, à quo non cæteri tantum sacerdotes, sed etiam summus illius in terris Vicarius, suam accipiūt splendorem & auctoritatem, quemadmodum testatur Apostolus dicens: *Omnia subiecit sub pedibus eius, & ipsum dedit caput super omnem Ecclesiam.*

Epheſ. i.

TERTIÒ considera: Dignitatis huius Sacerdotalis in Christo excellentiam demonstrare, officium propter quod institutum fuit, quod S. Paulus Apostolus indicat dicens: *Omnis Pontifex ex hominibus assūptus, pro hominibus constituitur in ihsu, que sunt ad Deum, ut offerat dona & sacrificia pro peccatis.* Est igitur dignitas hæc talis, ut hominem aptum atq; idoneum efficiat, qui immediate cum immensa Dei maiestate, ad quam vix aliquis audet appropinquare, aget, cumque peccatis hominum propitiet.

III.

*Officium sa-
cerdotis
quale sit.*

QVAR TÒ expende tecum: hunc Christi Pontificatum non fuisse temporaneum, ita ut ali uando finem habiturus esset, sed *eternum, qui nullo vñquam exuo termina-
retur, iuxta illud quod Regius Propheta de ipso affirmat inquiens: Tu es sacerdos in Psal. 109.
eternum, secundum ordinem Melchisedech.* Et S. Paulus Apostolus, qui de Sacerdotij &

IV.

*Sacerdotiū
Christi est
eternum.*

F 5 Pontifi-

90 DE PASSIONE CHRISTI

Pontificatus Christi duratione loqu
ait: *Hic autem est quod maneat in eternu
sempiternu habet sacerdotium, vnde & si
uare in perpetuum potest arcedentes per sem
ipsum ad Deum: semper viuens ad interpell
dum pro nobis: quibus verbis euidenter
stenditur Christi sacerdotium esse æuite
num: adeoque illum sempiterno tempor
nos salvare posse, dum assiduo pro nob
apud Patrem intercedit.*

NE QY solum illius sacerdotium est
ternum quoad dignitatem, verum etia
quoad affectum, vti notat Diuus Tho
mas: quia gratia & gloria iustorum, qui
fuit vnum ex Sacerdotij Christi effect
bus, in omnem æternitatem duratura est.

QVINTO considera utilitatem inse
mabilem, quem ex hoc Christi sacerdot
tulit humanum genus: nunquam enim fu
it sacerdos aut Sacerdotium aliquod tan
vtile hominibus, vti Sacerdotium Chri
sti: quandoquidem terminauit & decidi
proprijs expensis, ingentem illam liten
& inimicitias, quæ tot sæculis inter Deum
& hominem durauerant. Vnde non immo
ritò Sanctus Paulus ait: *Ipse est pax noſti
qui fecit viaque vnum.* Ille cælestibus be
nedictionibus resertus impetravit homi
ni, portarum cælestis regni reservationem,
idque non aliter, quam semetipsum Deo

V.
Sacerdotiū
Christi no
bis est uti
lissimum.

Ephes. 2.

RISTI
e loqu
eternu
nde & si
per sem
interpella
denter
Se æxite
tempor
ro nob
um est
m etia
us Th
m, qu
effeci
tura est
in ælb
erdotis
nimis
od tan
n Chri
decidit
n lites
Deum
imme
nostru
ous be
hom
onem
Deo
Pati

CONSIDERATIO I.

Patri pro nobis hostiam puram & immaculatam offerendo, de quo ex intimo animi affectu gratias ei agit Sanctus Augustinus in his verbis: *Tu sacerdos, tu victimæ, tu oblatio,* D. August. 10
tu oblationis. Psalm. 64.

SEXTÒ, reuolute tecum: sacerdotium Christi, quantum in ipso est, perfectè atq; integrè ab omnibus peccati maculis nos emundare, quemadmodum manifestè eruitur ex illis S. Pauli verbis, quando dicit, Christi sumini Sacerdotis nostri, qui seipsum purum & immaculatum Deo Patri obtulit, sanguinem, conscientias nostras ab operibus mortuis emundare, ut possimus veri serui esse Dei viuentis in secula seculorum: *Sanguis, inquit, Christi, qui per spiritum sanctum seipsum obtulit immaculatum Deo, emundabit conscientiam nostram ab operibus mortuis, ad seruendum Deo viventi.*

Ex iam dictis clare perspicitur, quanto perè fuerit aggrauata Christi Domini & Seruatoris nostri Passio, per hanc circumstantiam, propter quam modo ab omni pena & iniuria exceptus ac liber esse debuerat, sed etiam omni respectu & reverentia, omni subiectione atq; submissione possibili dignus erat. Patet præterea quanta fuerit hominum ingratitudo erga Pontificem liberalē & beneficū, qui tā multa & eximia illis dona

à Deo

Sacerdotiū
Christi mū.
dat nos a
peccatis.

VI.

Heb. 9.

92 DE PASSIONE CHRISTI
a Deo impetraverat. Ex quibus conijec-
quantopere illi obligatus sis: quantum
lum amare ac reuereri, quantaque cum
ducia ad illum veluti ad supremum Pa-
rem tuum in omnibus euentibus config-
re debeas.

DE DIGNITATE REGI-
Christi.

CAPUT IV.

NON deest in Christo Regia quoq;
dignitas, vt nec propter illius del-
fectum, Passionis eius grauitas aliquātu-
minueretur.

I.
Christus est
Rex quatu-
rus Deus &
quatenus
homo.
PRIMÒ igitur considera: Dominum q;
tua causa acerbissima isthæc tormenta pi-
titur, non esse humilis & abiectæ conditio-
nis hominem, sed Regia dignitate insig-
nitus Deus est, etenus enim in sacris literis

Appl. 19.
appellatur, *Rex Regum & Dominus Domini-
tium*: sed etiam quatenus homo: eten-
namque David de illo loquens affirmati-
lum esse Regem in Syon constitutum: *Co-
stitutum, inquit, sum Rex ab eo super Syon mu-
tem sanctum eius.* quod etiam alia etiam qui
plura diuinarum literarum testimonia,
qua commmemorare non attinet, confir-
mant.

II.
SECUNDÒ considera: propter Regiam

han
hab
in
ato
Vr
euc
iun
id
pli
re
pe
pr
pi
su
de
su
pe
m
tu
re
et
op
P
q
m
q
m